

De succo fructuum frigidis.

CITONIORUM succus extrahitur, ut Citriorum: conservatur autem, ut rotarum. * Adversus bilioles alvi profluvia ex melle vel saccharo valet: ventriculum roboret.

MALORUM PUNICORUM succus * calidam intemperiem corrigit: vomitū compescit: & stomachum firmat. Fit, ut malorum dulcium.

BERBERORUM succus * vomitū ac fluorem alvi fistit: faccharo conditus, conclususque cotoneati modo delicatus est: contra capitis defluxiones calidas accommodatur. *Andernacus.*

RIBES, succus frigidus, acidus & acerbus est, * secum exsinguit. Contra fiuum ex febris ardentibus cum Julapio rosaceo, aut violaceo potillimum exhibetur: nec non ad biliolum vomitū coērendum, fluoremque stomachicum re-

A stingendum: sed frigidis, & pectoris angustiis adveratur. *Andernacus.*

De succo seminum calidis.

LINI tremor fit, aqua feminitibus prius maceratis, deinde in eadem coctis, expressisque. * Dolores acri humore ortos mitigat, inflammationsq; partium corporis lenit. *Andernacus.*

FENIGRACI tremor simili ac lini tremor conficitur. * Inflammationes minus calidas, sed duras magis sanat, magnas irritat & auget. *Andernacus.*

De succo seminum frigidis.

PSYLLII tremor * omnibus membris ardore infestatis auxiliatur: eoq; refrigerantibus medicinis convenit. Eodem modo, quo lini tremor, paratur. *Andernacus.*

DE LIQUORIBUS, Sectio XVI.

Liquori est, qui fiuum, vel scarificata, aut terebrata plantæ alicuius parte extillat, sive emanat. Li- quores au- tem vel sunt	Non pingue	Frighidi	Agresta, seu Omphacium, Acetum,
		Calidi	Sapa, Vinum, &c.
	Liquidi	Calidi :	Olivarum, Amygdalarum,
		Oleum	Balaninum, Nucum, Avellanarum, E' baccis lauri, Lini, Sesaminum.
	Pingues	Frighidi:	Dulcium,
		Oleum	Papaveris, Hyoscyami, &c.
		Moderates	Amylum, Glycyrrhizze succus,
			Lycium, &c.
		Calidi	Primo, — Saccharum, &c.
		Immoderate in	Secundo, — Ladanum, &c.
			Tertio, — Alla dulcis, Alla foetida, &c.
		Alterantes: sci- liceet	Primo — Acacia, Sanguis draconis, &c.
		Frigidi in	Tertio — Hypocistidis, &c.
			Quarto — Meconium, Opium, &c.
		Bilem	Aloë, Manna, Scammonium seu Diagridium, &c.
		Purgantes	Pituitam, Elaterium, Opopanax, &c.

De liquo

De liquoribus frigidis.

OMNIA C I U M, Ger. Agrest. Gall. Du Ver-
jus. Ital. Agrestu. Hisp. Cum de agraz dici-
tur: ex omni immaturati uarum genere
paratur: pluribus diebus expressis infolatur sue-
cūs cum luis vinaceis, in cado crasso linteamine
cooperio, donec excrements subleventur, fax
verò subficiat, & inclaret: deinde absque fale
servatur per annum, tam ad ciboru quād ad me-
dicamentorum usum. * Catiis morbis omnibus
magno juvamento adhibetur. Refrigerat, uni-
ceq; ardoribus prodest, live ori ventris impos-
tum, live totis hypochondriis, live cui libet alii,
quod refrigerare velimus. *Matthiolus.*

ACETUM, German. Essig. Gall. Vinaigre. Ital.
Aceto. Hisp. el Vinaigre nominatur: fit ex vino,
vel cervisia putrescente. Quod ex vino acerbo
crudo fit, magis astringit: quod ex optimo vino
conficitur, magis aperit: quod ex cervisia apud
inferiores Germanos paratur, magis refrigerat.
Acetum omne mista est substantia, nempe fri-
gidae partis & calidæ ejusq; utriusque tenuium
partium: ceterum calidam frigida experat.
* Exiccat ordine tertio, astringit: stomacho utile,
appetentiam excitat: erumpentem undecim
sanguinem potu infessuè silit, prodest
alvi fluxionibus, coctum cum cibis: cruentis vul-
neribus inditur: inflammations arret, luuicidis
lanis, aut spongea imponitum: reprimit prociden-
tiam sedis, vulvæq; item abscedentes gingivæ, &
sanguine manantes. Ad nomas & igneum sacrū, D
ulcera quæ serpent, lepras, impetigines, ptery-
gia, cum aliquo convenienti efficax est, phage-
dænas ulcerum, nomasq; fotu continuo colli-
bet: podagricis calido fotu, cum sulphure auxi-
latur: singulations rapit cum meile illitum. Cō-
tra capitis ardores cum rosaceo in succidis velle-
ribus, aut spongea imponitum. Ad aquam inter-
tem, gravitatem aurum, & footius, fibilis, q
feruentis vapor proficit: in stillatum quoq; aurii
vermes necat. Pannos coeret tepidi fotus, aut si
imbura aceto spongea admovetur: pruritus per-
mulet. Contra venenatos serpentum iecus, qui
refrigerando nocent, calidum commode sove-
tur: & frigidum iis, quæ exurens virus ejaculan-
tur, calidum potum atque vomitionibus reddi-
tum aduersus omnia venena efficax est: praeser-
tim contra meconium, & haustam cicutam, con-
globatum in ventre sanguinem, lac coagulatum,
fungos, ixiam, taxum, q cum sale: haustu voratas
hirudines, si forbeatur, ejicit, tussim veterem mi-
tigat, & recētem lacefit. In orthopœia calidum
commode forberet, gutturi fluxiones gargari-
zatum inhibet: anginis & uvæ procidenti con-
venit: contra dentium dolorem calidum
coluitur. Dosis in perfusionibus capitid ad dolorem
3 s. pro 3 iij. olei rotati. *Dioscorides & Galenus.*

De liquoribus calidis.

SAPA, Germ. Sottemer Wein. Gall. Du vin
euit. Ital. Vin cotto. Sapa. Hisp. La meloxa o arrope
vocatur: fit musto igni decocto. * Detergit leui-

A ter, serapii pectori idoneis accommodatur: nec
non compositionibus Diaconion, ad defluxiones
capitis sifendas, eadem mensura, qua faccha-
rum, admiscetur.

VINO vetere * nervi laeduntur, & reliqui sen-
sus: quod tamen guttu suavius est: quare caven-
dum iis, qui inestine alicujus partis imbecili-
tatem sentiunt, attamen in secunda valetudine
paucum cum aqua dilutum innoxie sumitur.
Novum inflat, ægre coquitor, insomnia parit
gravia, & urinam cier. Ætate medium utraq; vi-
ta fugit: quare ad vietus sanorum, agrorumque
usurpat. Album tenue, stomacho utile est, ac
facile in membra distribuitur. Nigrum verò cral-
sum est, & cōcōtū difficile, carnem alit, & ebrie-
tatem creat. Gilvum, utpote quod medium est,
medias inter utraq; vires habet. In secunda ta-
men & sinistra valetudine cumpromis laudatur
album. Quin & vina sapore distant. Siquidē dulce
crassis partibus constat, & difficilius à corpore ex-
pirat: stomachum inflat, alvum & interanea ut
mustum turbat, sed minus inebriat: renibus &
vesicæ aptissimum. Austerum per urinam cele-
ritus transit: sed capita dolore tentat, & temulen-
tiam gignit. Acerbum ad ciborum per membra
digestionem accommodatissimum, alvum & ce-
teras fluxiones cohibet, minusq; urinam expel-
lit. Novum nervos minus tentat. Vinum aqua
marina factum, stomacho adversatur, sitim stim-
ulat, nervos infestat, alvo aptum, à valetudine
le recolligentibus inutile. Passum, quod uvis So-
le fiscattis in area, aut in faremento torrefactis ex-
primitur, Creticum cognomine. Inter Italica vi-
na Falernum principem locum obtinet: quod
in veteratum per quam facile coquitor: pulsus
exusebit, alvum astringit, stomacho utile: sed ve-
sicæ nocet, atque iis, qui visus hebetudinem sen-
tiunt, & ad potus crebros minimè idoneum. Alba-
næ crassis partibus constant partibus: dulcia sto-
machum inflant, ventrem emollient, sed conce-
ptionem non æquè adjuvant, & nervos minus
infestant: vetustate eadem austern saporem
conciipient. Cecubum, cum sit dulce, est & Alba-
næ crassius: corpus & colorem sit: ægre tamen
coquitor. Surrentum valde austern est: qua-
re intestinorum & stomachi fluxiones cohibet,
& cum tenuis sit, caput minus tentat: in vetera-
tum suavius redditur, & stomacho utile. Adri-
num & Mamertinum in Sicilia æquæ crassis par-
tibus gignuntur: modice astringunt, & oculis
me in veteratum, minusq; ob suam tenui-
tatem nervos tentant. Parætypianum, quod ex Ad-
riatico sinu deferatur, odoratum ac tenuius est,
quare liberaliter epotum fallit, diu servat ebrie-
tatem, & loquorem adserit. Istricum Parætypiano
simile est, sed urinam vehementius pellit. Chium
tamen antedictis mollius, & aptum potu est. be-
né alit, & minus inebriat, fluxiones cohibet, o-
culorum medicamentis utile. Lesbium facile
membra subit: Chio levius, & alvo idoneum. E-
phesum eandem vim habet, quod Phygelites
nominatur. Verum Asianum è Tmololo monte.

Mesogites appellatū, capitis dolores ciet, & nervos ledit. Cum vero & Clazomeniā, quoniam multam sibi maris aquam vendicant, facile corrumpuntur; hatus moveat, alvum turbat, nervis officiant. Vim omne (ut reliqua in commune dicatur) merum ac sinecū, & sua natura austera, exalat, facile in membra diffunditur, stomachum adjuvat, appetitum ciborum invitat: vires alti, ac robur auger: somnum conciliat, & commendat calorem. Potum liberalius auxilio est cōtra affumptam cœtam, coriandrum, pharicum, ixiām, meconium, argenti spumam, taxum, aconiti, fungos, &c. contra fermentum morbus, & omnium icterus, quæ refrigerando necant, aut stomachum in vomitiones effundunt. Facit ad longas inflationes, rohionēs, precordiorum ac dictiones, stomachi resolutionem, & si venter, aut interanea rheumatismū leviant. Convenient fudatoribus, & quibus corpus immodico sudore digeritur, maxime alba, vetera & odorata. Quæ tamen vultuē dulcescunt, renibus ac vesicæ accommodatoria redundunt: vulneribus, inflammationibusq; in fucida lana imponuntur: tetra ulcera, & phagedanica, & fluxionibus obnoxia commode perfunduntur. Quæ marinam non receperunt, austera, & alba ad sanorum victimas usurpantur. In his præstant Italica, Falernum, Surrentinum, Cœcum, Signinum, & permulta Campania, & Paratypianum ab Adriatico sinu, & Siculum, quod Mamerinum appellatur. Ex Græciâ Chium, Lesbium, & Phygelites ex Epheso. Crassâ verò & nigra stomacho negotium exhibent, inflationem parunt, corpus augent. Tenua tamen & austera stomacho profund, & minus carnes alunt. Vetera valde tenuia, & candida, vehementius urinā ciunt, & dolores capitis movent, nervosq; largius potu tentant. In media etate, ut à secundo anno, portu saluberrima sunt. Modus autem prætate, & tempore anni, & consuetudine, & qualitate vim definitur. Non sicut, & modice cibos prolixi optimum est præceps. Nocet ebrietas omnis, & maxime aliud: siquidem obsecros nervos quotidie remittit: largiorque potus acutorum morborum adserit initia. Mediocris tamē violentia aliquor diebus, maxime post aquæ potus utilis: namque modo quodam ex alto evocat, sensilesque expurgat excretus, & per cœca corporis ducit spiracula. Sed aquam post violentiam bibere oportet: siquisdem valetudinis aliquius gratia facte temulentus remedium adserit frigida. *Dioscorides.*

De liquoribus pinguis calidis.

OLEUM Ger. Orl. Gall. Huile. Ital. Olio. Hisp. Areyre appellatur: ex olvis maturis expressum, sit colore rufo, purum, perlicidum, tenuis, odore ex quo, sed grato, sapore dulci, subseri & indicibili, recens, aut non ita vetustum, nisi vetusto egeatur: in quo videlicet vetusto trigematum trimo, & quadragematum quadrimo est plurimò valetius, ubique crassius, graveolentius, cali-

dus, acerius. * Calē facit omne oleum ex olivi maturis, emolit ventrem, à perfectionib; corpore tuerit, ipsumē promptius ad oœcumda mūnera reddit, alvum emolit, ulcerantium medicamentorum vires permixtum habebat: contra venena datur, ailiuē potum redditumq; vomitūibus: solvit alvum hemina mensura, cum parvulae succo, aut aqua potum: ad tortinae calidum humulē cocta, ruta tribus lectariis in potu datur, venter animadī pellit: idem maxime illi intentiū morbo labrantiibus infunditur. Venagris calfact, & velementius dilatit: oculū claritatis sublimum confert. Si vetusti non sit occasio, in vate decoquatur ad melius crassitudinem, ut velestante representetur. Oleum omphaciat ex immaturis olivis exp̄ressum, ad viride inclinat: recens sit odoratum, morbus exp̄ers, lapone acerbum. Unguentorum compositionibus idoneum est. Stomachio utile est, quod astrigat, gignas contrahit, dentes firmat, si contingue in ore: sudores colibet. Oleum, quod lylvestre olive fundunt, vehementer astrigit, & ad sanorum usus secundum libi locum vendicat. In doloribus capitis utiliter pro rosaceo substituitur: sudores arcit: fluentes capillos inhibet: furfures, ulcera capitis manantia, scabiem leprosque abstergit: tardius canitatem sentiat, qui coquidie perunguntur. *Dioscor. & Medicis Coloniensis.*

AMYGDALAE dulces siece, non tamen racidæ, deliberata, contunduntur minutissime, poste in tartagine aliquantulum torrefiant, abhū aqua rosaceo modico, postea prælio exprimitur. * Lenit apertates peitoris, gutturi, & pulmonis, duritiam & fecit item juncturam: est suave in cibis, & confert hecties & phlegmatis: impinguat, auger sperma, sedat tulsum, & ardorem urinæ, velece & vulva exortat, cum fistula injectum. *Mefus.*

OLEUM AMYGDALARUM amararum condito modo, quo ex dulcibus amygdalina fit. * Apert opilaciones, & discubus ventositas & vapores, sed potissimum medetur surditati, sibilo, & dolori aurium: lenit duritiam nervorum, & delect maculas faciei. *Mefus.*

OLEUM BALANICUM fit ex Balano Myrepica, id est glande unguentaria, quam Arabi vocant granum Ben: fit autem ex tufo allatoq; aliis rotaceis aqua fructu isto. * Repugnat maculas, varos, leonines, cicatricum nigritas, fuco: alvum solvit, sed ventriculo adserit: dolores aurium emendat. Item si sonant aures, vel strepitum aurifibulam edunt, cum adipe insuffum auxiliatur. *Mefus.*

OLEUM NUCIUM fit ut oleum amygdalinum. * Flatus crassis dissipat, tumores dissipat, nervis attritus, vel punctis, præsertim cum calcelota confert, scabiem emarginat. *Mefus.*

OLEUM ex AVELLANIS fit ut amygdalinum. * Dolores nervorum & articularis sedat. *Mefus.*

OLEUM LAURINUM fit ex bacca laurini maturis & recentibus tritis in pilâ, ex aqua in lechte coctis, post torculari plano, non caro exp̄resita: & aqua

& aqua supernatans oleum colligitur. Deinde astilla calente aqua iterum tritus, & torculari cavao expellit, colligitur oleum, & repunitur.

* Ad partum omniam, cerebri, nervorum, articulorum, ventriculi, coli, hepatis, lienis, renum, uteri, affectus frigidos, & dolorein his succedentes. *Mefeu.*

O L E U M L I N I sit ut amygdalinum. * Sparsimo, duritie nervorum & junciturarum, haemorrhoidibus, sedis phlegmonis & rimis confert, ac dolori pullatorio. Nervorum dolores sedat; virus proximum est oleo chamomelino. *Mefeu.*

O L E U M S E S A M I N U M extrahitur ex Semini semine, ut amygdalinum, nisi quod prius semen sefame exorcitatum sic est. Id semen ab excrementis purgatum, aqua parum fissa irrigatur, manibus fricetur: iterum irrigetur, donec madefiat: sicetur, modice affuet, facculo alpe-ro multum diuq; confricando exorcitetur, certius expurgetur, molatur in farinam, oleum exprimitur, ut ex amygdalis. Ex eodem semine non exorcitato, sed affato, & molito in farinam oleum quoq; extrahitur, ut prius. Affuerit autem ex Alexandria. Agypti Venetia, ubi ematur sincerum: nam adulteratus oleo nucum & papaveris, sed odore & sapore facile depre-
datur à peritis dolis. * Impinguat, semen auger, lenit guttur, & omnem asperitatem & duritatem, & clarificat vocem. *Mefeu.*

De liquoribus pinguibus frigidis.

O L E U M P A P A V E R I S sic ex utrinque pa-paveris semine, tam albi quam nigri, codem modo, quo ex amygdalis. * Impinguat, alperat arteriam lenit, febrium ardorem mitigat, & insomniu. *Mefeu.*

O L E U M H y o s c y a m i n u m sic sit: Semen can-didum, recens, ac siccum tunditur, & calida aspergiuntur aqua: dumque insolatur, siccatae, que sub-nianuunt, partes cu reliqua malla permisceantur: hoc autem fieri oportet, dum nigrescat, & graviter oleat: mox pressum atq; ex colatum re-conditur. Sit quoque eo modo, quo amygdalinum. Ad aurum dolores efficax est: pelvis in-sicetur, ad emoliendum utile. *Dioscorides.*

De liquoribus concretis calidis moderate.

A M Y D U M, quod vulgo Amydum officinis vocatur, German. Ammetmäl. Ital. Amido, Gall. & Hilp. Amido, omnibus notum est. Extritico co-ficitur. Probatur autem levitate, ac levore, atq; ut recens sit, & candidum. * Vim obtinet levigandi partes exasperatas. Contra fluxiones ouclorum, pustulas cavaq; ulceræ efficax est: sanguinis rejections potu cohibet, exasperata fauces lenit: lati atque obsonii admiscetur. *Dioscorides & Plinius.*

G LY C Y R R H I Z A succus ex Creta insula optimus, hoc est, dulcissimus, mollis, recens, pulrus, tenax, & qui confractus splendescat, nigermissus, & qui lingue subditus tandem totus elique-

A scat. * In arteriæ scabritia efficax est: resonans stomacho, thoraci, ac jecinori: sanat vesicae scabiem & renum dolores, cum pallo potus: idem equinus fistulam fedat: vulneribus illitus accom-modatur: commanducatur stomacho prodest. *Dioscorides & Medici Colonienses.*

L Y C I U M, succus ei arboris cuiusdam Indiæ. Arbor autem, ex qua hic succus extrahitur, magnitudine est fraxini, folio minuto Ericæ vel Tamaricæ similissimo, perenni virente: florere ajunt, sed fructum ferre negant: multis spinis horret: materies ligni robusta, ana densa, ponderosa, nec ut aliis patet edim obnoxia sive olibus exponatur. Live aqua immersatur, quam ob causam ab incolis Lignum Semper vivum nun-cupatur. Ex eo propter duritatem & pondus pistillæ sunt, deglummandæ oryzæ idoneæ, in mortariis lignis & palmis in amicti contundentibus. Incole eam arborem Haec vocant. Porro succi extrahendi hæc est ratio: Ramulos hujus arboris minutum concitos elixant, deinde contundunt, postmodum cum farina Nachani (semenis et nigra, & minuta sapore lecales, conficiendis panibus apta) & cuiusdam nigri ligni, quod istuc nascitur, scobe, interdum etiam sine eo) pastilli, aut tabella formantur, quas in umbra siccant, ne Solis ardore carum fuscitæ evaporet. Nostræ succedaneum ejus parant, non ex periclymeno, sed petiù ex bacca pyracanthæ, id est, nostræ vulgaris Hagendorf. Diversis partibus constat: tum his, que extenuent, discurvantq; tum crassis & modice adstringentibus. Ideoque ad fugillata, oris inflammationes, ulcera, herpetas, putredines, auret purulentes, intertrigines & paronychias valer. Indicum ad omnia est valentius. Hujus loco Rhamnus sylvestris, aut polygoni succus substituendus est. *Dioscorides, Medici Colonienses & Gareius.*

De liquoribus concretis calidis in primo.

S A C C H A R U M, arundinum lachryma, seu li-quor est, qui nimis suci copia aperto in latere calamo, perinde aegumini, exterius concrevit. Vel laccharum fit ex lacchari calamus minutum incisus, ignisque calore tamdu decoctus, donec universus liquor absimpta igni aqua diu effervescent in laccharum talis modo, in vasis fundo cohercerit. Præstantissimum est, quod durum, solidum, & mutuo metarum aliud longum est, ligni siccæ & solidi modo: tamen ob siccitatem & imperceptam raritatem leve, dulcisissimum, candidissimum, & nivis in morem leu-tillans, cohærens: quare Valentianum in metas pyramidum annulas (panes vocant) coactum parvas, ponderis libra unius & dimidia, vel circiter carissimum, & conjecturis siccis apissimum, penitus ob siccitatem nimis friabilem, ineptum. Illi dotibus & precio est proximum, quod Madere appellant, sed in metas ponderis librarum sex, septem, octo, novem, decem for-matur, conjecturis expertum: quia minus pre-

ciosum; non multò tamē imperfectius. Tertium statuitur lentile, album quidem, sed pinguis, ob id vilius, neque confectionis siccis aptum, sed penidis idoneum. Quartum ex Canariis nunc dictis insulis, olim Fortunatis advehitur, etiam intus albicans, bonitate inferius prædictis, præstantius sequenti, metis conflat maximis, pondere librarū decem, duodecim. Quintum ignobilissimum sancti Audomari dictum, foris albidū, intus subrubrum, tanquam alio fartum, & foris dolo tectū, metis equalibus, omnium glutinosissimum: condituri siccis inceptum: liquidis servit & syrupis, opacis, conservis, & similibus, quia vilissimum, & utilitatem regit, aliorum mixtura. Id si mare sentit, (nam cō naves ob gravitatem laburrant) rubrū vulgo dictum sit: quamquam sunt, qui rubrum spumam & spiculum omnis facchari se coquendo purgantur existimant. Ex mixtis horum collisu elisis etiam metas quidam cogunt, quæ simplicium naturas sequuntur. Ex his quod generosissimum, minimeq; contentionem sustinet, ne pulverescat: ignobilissimum contra: cætera pro accessu aut recessu variant. * Alvo idoneum, & stomacho uile: detergit, digerit, lingue asperitatem & siccitatē in febribus tollit: vexata vesicae renibusq; auxiliatur. Illitum ea discutit, que tenebras oculorum pupillis offendunt. Cæterum facchari dosis in syrupis ferè aequalis quantitas tam facchari quam suci. In electuaris vero pro 3 j. pulveris, 3 j. facchari communiter. Si autem pulvis fuerit laxativus, pro 3 j. b. pulveris, 3 j. facchari. In conditis additur facchari parum, si conservis odoratæ sint. Si vero amar. vel acres, 3 j. facchari pro 3 j. conservarum imponenda. In pulveribus acrisibus, ut ex pipere, & zingibere, pro 3 j. pulveris, 3 j. facchari ponitur: in dulibus vero 3 j. b. In clysteribus faccharum rubrum ponitur ab 3 j. ad 3 ij. vel 3 iii. *Medici Colonienſi.*

*De liquoribus concretis calidis
in secundo.*

LADANUM liquor est, ex alterius cystiledon appellati foliis exudans. Hodie & liquor & planta nota sunt. Optimum, minimeq; adulteratum, odoratum esse debet, subviride, facile molleſcē, pingue, resinolum, arenularum aliarumq; loredum expers, quale in Cypri gignitur. * Natura ei spissandi, calcificandi, molliendi: ora venarum patefacit: capillum fluentem continet, addito vino, myrra & myrtle oleo cicatricibus decomitem reddit, cum vino illitum: medetur aurium doloribus, cum hydromelite aut rosaceo infuso suffici secundas ejicit, peñis immixtum, vulnera duritiem sinat. In medicamenta, quæ dolorem tuſſimque finiunt, & malagmata, utiliter infierunt: alvum fistit cum vino veteri potum, & urinam ciet. *Dioscorides.*

*De liquoribus concretis calidis
in tertio.*

A&A dulcis, aromatica seu odorata est Laſerpitii

A ris sen Sylphi opos, five liquor Cyrenaicus, seu potius Indicus hoc tempore. Etenim Indicus etiam à Mesue laudatur. Nam ex Taprobana insula in mari Indico maxima, hodie à Lusitanis convehit, teste Ludovico Romano patrino, Belzoe indigenis dictus, & nobis inde Belzom, & corruptius Benzoin. Est autem Laſerpitii, seu Laſerpitii seu Sylphi herba liquor, cauli ipius ferulaceo aut radice scarificata defluens, acer, mordax, digerens, optimus, modice rufus, non porraceus, colore translucens, myrrha amulas odoratus, suavi gusto dilatus, cito albescens. Hæc quidem Sylphio ita compilata sunt partim ex Dioscoride & Galeno, partim ex Ludovico Romani navigatione: satus enim est fateri, Laſerpitium, seu Laſerpitium, seu Sylphium, & proinde ejus succos seu lachrymas non extare amplius: quod pregnantibus rationibus docet Joannes Langius Lembergus Sileius in epistolis medicinalibus suis. Alijs itaque dulcis, seu Belzoin, quod apud Scorpionem & Avicennam à Græcorum Laſerpitio nihil differat. Laſerpitii succus esse nequit. Secundò Ludovicus Romanus refert, Belzoin esse gummi arboris: ariqui Laſer non arbor sed Berberis ñ *άργειος* veteribus est. Tertiò, in Belzoin officinarum nulla ferè compertur acrimonia, nedum tanta, quantum Galenus ei tribum cum Laſerpitii loco euphorbium non recens substituit. Quid vero officinarum Belzoin, five Aſa dulcis sit, indicabitur paulo post inter gumi & resinas sub Belzoin. *Medici Colonienſi.*

A s a fortida, plante peregrina lachryma aut succus est. Sunt, qui exfluum, Sylphii succum esse in Media aut Syria nascentes, qui teste Dioscoridi odoris non erat, ut Armeniacus aut Libycus, quem nonnulli Aſam odoratam esse arbitrantur, & Belzota officinarum: sed non convenient. Nam Dioscorides hunc ut præstantissimum & efficacissimum laudat: Arabes v. rō Aſam secundam calidiorum & potentiorum afferunt: nullum minus Belzoin esse potest, quod tanta exalaciendi vi præditum non est, quantum illi mibuit Galenus, dum Laſerpitii loco Euphorbium non recens substituit. *Medici Florentini.*

*De liquoribus concretis frigidis
in primo.*

ACACIA in Ægypto nascitur: planta est spinosa, e cuius fructu succus acacia exprimitur: quem cum non habeamus, substituere possumus succum hypocistidis, aut pulpani rhois, aut succum prunellorum, vel bacca pruni syvestris, in aqua maceratas. Fit menis Julio, vel Augusto. * Refrigeraat, astringit & repellit.

Acacia tametq; nondū ad nos adseratur, ideoque non cognoscatur, videndum tamen est, si ipsius succus, aut sané gumm, quod sua sponte ex trunko suæ arboris resudat, ad Theriacam sit accipendum: cum enim hæc duo sint diversa, quemadmodum ex Dioscoride colligitur, aliud succedaneum pro succo, & aliud pro ipso gummie esse reponendum. Et quantum ex Andromachi pa-

361 De Liquoribus concretis frigidis in gradu I. 362

chi partis descriptione conjectur, videtur ipsum
gummi esse iumentum, quod ipse alter vocat
lacrymam in isto versu:

Atq[ue] atram lacrymam Nili quam spina remittit.
Liquor enim ejusmodi, qui aut solus per se, aut
per incisionem arboris effluit, vocari jam lacry-
ma solet, jam gummi. Quod etiam pariter ille,
qui versibus Heroicis Theriacam concrigit,
quam Galenus exposuit, in fine lib. 1. de Antidot.
hoc modo:

Atque Paracelsum fuit quem spina liquerem.
In quo loco apparet illum intelligere cum liquo-
rem, qui sua sponte ex spina. Aegyptia exire, & no-
de ipso succo, qui non per se effluit, sed arte vel
tritura, aut igne condensatur. Ex altera parte vi-
demus. Da-nocratem in sua Theriacam accipere
succum & non gummi ipsum, statuimus tamen
esse accipendum succum: nam varias magis &
validiores facultates, quam gumi obtinet, ut
pater unicuique ex Diocoride. Nec verisimile est
voluisse Andromachum ad tam celebrem compo-
sitionem eligere plantarum aliquibus debiliorem par-
tem, & relinquere potentioriem. Ideo confirmatur
ex Andromachi filii compositione, qui Acacia
simpliciter ita nominatam adhibet: quod si sit,
nec alia vox illi adjungitur, semper de succo
est intelligendum: quemadmodum ipse quoque
intellexit. Huic rei fidem facit Plinius lib. 24. cap.
12. scribens, Acaciam vocari succum in pastillos
redactum: hoc transferendo nomen arboris, unde
paratur: quanquam hoc in quibusdam exempli-
plibus non legitur. Præterea succus semper in
usu fuit, nec unquam vel raro adtinctum gumi
acceptum est: quod apparet in omnibus libris.
Galeni de Composit. medic. secundum genera
& loca, & nos in commentariis nostris ad Dio-
cor. in Acacia notavimus. Quod cum omnibus
notissimum sit, non laborandum in hoc est ulte-
rius, quanquam & aliae rationes in medium af-
ferti possint: tantum respondebo ad duas illas
autoritates versuum adductorum, qui videntur
expresse accipere gumi. At que melius respon-
sio, ut verum futeat, afferri potest, nisi quod ratio
carminis, act, ut rectius dicam, genera poetica
Andromachum & alterum, quicunque fuerit, mo-
verint obscurare hauc rem, nominando
lacrymam, id quod versus successus erat dicendum?
Quæ licentia non solum à poetis, sed qui profa-
quoque oratione scriperunt, videntur esse usurpa-
ta, & peculiariter à Diocoride nominato lacry-
mam, & contraria lacrymam, qui erat
sucus: sicut nos ex multis locis in lib. 1.
nostræ Methodi cap. 7. demonstravimus. At certè
in compositionibus magoi momenti non con-
venit talibus dubius implicari: ideoque quanquam
commoditatem ex eo genere scribendi, quod
versibus constat, secundum Galenum istam reci-
piamus, quod non facile mensuram depravari pos-
sunt, sicuti sit in prosa oratione, potissimum quo
ad pondera, tamen contraria incommoditas hec il-
lis ineit, quod propter stylum poeticum multæ restæ
obscure sapienter exponantur, ut si pene numerou- Oe-

A dypo ad divinandum opus sit, & interdum du-
biū prorsus quem dimitant, in primis si alle-
gorice, vel per Metaphoras (ut Poësis est pecu-
liare) loquuntur. Quod in ipsa Theriaca in mul-
tis rebus apparet: interque alia in Aristolochia,
quaæ cùm eligenza sit farmentosa aut subtilis, ni-
hilominus Andromachus simpliciter nominat:
quare potius de altera quavis specie, quam de
illa intelligi solet: & sic ut alibi à me demonstra-
tum est, videretur rotunda esse semper accipien-
da, quia non electur: ideoque qui non considera-
ret alias compositiones Theriacæ, facile decipi
posset in accipiendo rotunda, cùm tamen farme-
tola sit accipienda. Id est apparet in Cænario, quod
simpliciter ita nominat Andromachus (quemad-
modum ipsemet Galenus ngtavit) eum addi debu-
ser, minus: sic item dicit, eum obsecutum locum
esse de Melle Cæcropio, cùm clarus Atticum di-
ci potuerit. Obscurissima vero est illa descriptio
Acaciae, quam indicavit dicendo lacrymam, quæ
fundit ipsa Nil, & alibi spinam, quæ fundit
liquorem Paracelsum, qui locus est in Aegy-
pto. Sed revertentes ad rem ipsam concluda-
mus, quod succus Acacia sit recipiens in The-
riacam, qui cum non afferatur, necesse est, ut a-
liud quippe pro illo substituamus. Bononiae
loci illius posuerunt luccum Rhois, aut Su-
inach, quod & mihi plurimum probatur, cùm
Diocorides dicat eandem vim cum Acacia ba-
bere Sumach, & Galenus utrique assignet ter-
tium gradum siccitatis, & secundum frigidae.
Alii tamen Lentisci succum: at cum ille sit in pri-
mis qualitatibus æqualis temperie cum illa, sed
in siccitate minus efficax, alte in illi erit preferen-
das, quoniam ejusmodi simplicita in medicamenta
& similia, non propter aliquam actionem
occulat, vel aliari præcipiam facultatem in
Theriacam accipiantur, sed ob ipsorum manu-
factam attritionem & refrigerationem: & tametsi
parum inter se darent, notabiliter tamen negoti-
ationem propterea Theriacæ non introducent:
ideoque vilium mihi est, cum Dioc. pro face de la-
neo Acacia usurpare succum Rhonis: quanquam
Gal. Acacia locis frigidis secundum gradum
que, nadmodum & Rhonis, sed non locis, ut robusti.
quod quidem nonnullam assert varietatem quia
Acacia sine lopione in Theriacam affluitur, &
jam non erit ultra primum gradum frigida. Po-
terius tamen, donec melius quippe inveniatur,
hoc esse contenti: nisi si quod in eum pronou-
rum tylædrium, quæ est Acacia vulgaris, usurpa-
re videntur, quidem non adeo impetuoso.

SANGUIS DRACONIS veterum & eadem
Cinnabaris vera (quaæ res minores erat) hodie
ignoratur. Qui vero sanguis Draconis offendit
factius est ex sanguine hirci, bolo Arme-
nia, & succo sorborum, & alios: quo tamen pro
sanguine draconis dicto redditis ut possis. Flo-
rentini præter hunc factium sanguinem draconis,
statuunt adhuc duo ejus genera: nimis
lachrymam cuiusdam arboris gummiam sui
generis, de qua Aloysius Cadamustus patruus

Venetus navigationis sui lib.1.cap.4. dicens esse lacrymam proceræ cuiusdam arboris in insula Africa. *Porto Santo* dicta, genitrix quæ quidem lacryma colore est intente rubro sanguineo, transparente, friabilis: alter languinis draconis illis est achilleæ sydonitidis succus desecatus atque siccatus. * Refrigeraat, adstringit & repellit. *Medici Colonienenses & Florentini.*

*De liquoribus concretis frigidis
in tertio.*

HYPOCISTIS, quæ sub Veris sinem radicibus cestia adnascitur, teritur, & succus expressus Sole siccatur. Nobis desideratur, nisi ex emporiis adferatur. * *Vires Acacia h. bet.*

Hypocistis succus ab unoquoque Pharmaco pro facile acquiri potest: iusquæ imprimis Neapolit magna est commoditas. Nascetur enim *Hypocistis* copioſissimè Puteolis in locis siccis, ad radices Cisti ferme initio astantes. Modus vero extrahendi talis est: *Hypocistis* tunditur, & succus exprimitur: denaturque in un. bra, quemadmodum in *Acacia* fieri solet, aut ficea & trita maceratur per biduum aut triduum in aqua, deinde parum ebullit aqua, quæ postea colatur, & fortiter exprimitur: quod resedit, rufum coquitur, donec instar mellis, aut paulò durius crassescat.

*De liquoribus frigidis concretis
in quarto.*

MECONIUM, succus est papaveris nigri, ex foliis, caulisbus, herbaque ipsa tritis expellisque collectus, ac in pastilles redactus. Fit mensa Majore. Granorum tantum pondere in colicis, arterias & narcoticis praescribitur. * Supponit interficit, doloremque fedit.

OPIUM, succus est ex capitibus papaveris nigri. Duum est generum: unum ex capitibus & foliis expressum. Graecis mecenatum (de quo ante dictum) vocatur, quod signans: alterum ex capitibus paululum incisi extillans, verum est opium. Fit mensa Majore. Opium est delem, grave, amarum, odorato saporiferum, quod facile aqua dissolvitur, lene, candidum, neq; asperum, neque grumosum, quod colatum non statim ut exteris coeat, quod in Sole diffundatur, & ad mortuum lucernis, clara, non atra ficeat flammam, & exstinctum odoris vim conservet. Adulteratur glacio, hoc est, mentha, aut gummi, aut lylacis lacteæ succo. Verum glacieo fucatum in dilutione croci colorem reddit: lactuaceo succo depravatum, inodorum est & asperius: gummi vitatum, infirmum est: & splendescit: nec defunt, qui adipem admisceant. * Granorum pondere praescribitur in colicis & narcoticis. Mirum est, quod de Asiaticis Turcis resertur, qui in Natalia sua, id est, Asia minore, magno studio & frequentia papaver hodiè colunt, & præparant Opium, quod vernacula lingua Maslac vocant: eius usus illis frequens satis est ad pī magnitudinem de eo sumentibus, non pro somnoles-

A tia, sed animositate comparanda: atque in prælia ruituri aliquantò copiosius sumunt, unde veluti insani, disturbato nimis cerebro, seuntur in obvia quæque pericula, nihil quicquam timentes. Sed Janniceri hæc plenunque faciunt, quibus summa militie virtus commissa est. *Medici Colonienenses & Florentini.*

Opium quod communiter in usu est, potius Meconium, quam verum opium reprecentat. Quæ autem sit differentia inter hec duo, Diocorides exponit, vocans Meconium succum papaveris extractum ex capitibus & frondibus, qui contundatur & exprimitur torculari, & rufum in mortario contulsi in Trochis os formeum. Tametsi Plinius dicat, capra & frondes papaveris coqui, & inde succum densarum nominari Meconium. At quoconque modo fiat, certum est esse multò infirmius Opio. Quod secundum Diocoridem hoc paetò paratur: Cum in eo ros evanuerit, cultro stellam in parte suprema capitatis papaverini, non tamē profundi incidente deinde superficiem capitū decussatam quaque cultro apieramus, & digito in cochanum liquorum residuentem exprimamus: idq; sapientis parvo interfecto tempore spacio repetendum est propter humorem, qui statim congregatus reperitur: idemque sequenti die factitandum: hocque omne tandem in mortario contundendum. & inde formandi Pastilli: sed quando papaveria incidentur, à tergo accedendum est, ne vestibus liquor erumpens auferatur. Cum itaque maxima fructa nostro tempore Opio conspiciantur, non aliter possimus dicere, quā illud aut per expressionem, aut decoctionem esse factum: idque eō magis, quod notas à Diocoride illi assignatas non habeat. Nam optimum debet esse densum, grave, amaro gustu, seminifero odore, quod in aqua facile dissolvatur, leve, album, non grumosum, aut gravis simile: quod inter colandum non instar cera coeat, & Soli expositum liquefaciat, atque accensum non flammam atram emitat, extinxitque retineat odoris pristini vires. At vulgare nigrum est, & impurum, asperum, inaequale, refutrum frondibus, & quibus expressum vel decoctum est, & in super multa alia note sue perfectionis desunt: præterea suspcionem dum est, ne aliud insuper quipiam, quā ex papaveri illi admixtum sit: nam tempore Diocoridis, cum Glaucio, cum gummi & suco Lactucae sylvestris adulterabatur. Nonnulli ed quoq; dementia pervenierunt, ut sevum ad miscuerint. Unde videndum diligenter, ut lacrymam papaveris, & non succum, jam dictis modis extractum adipiscamur, cum opium sit unus ex precipiis medicamentis, quæ Theriacam constituant, & ob eam causam attentionem magnam requirat. Quod si omnibus jam enumeratis notis predictum Opium haberi poterit, non multum de Thebaico solliciti simus: nam papaver, quod in Apulia crescit, regione fœca & arida, in qua raro pluviae cadunt, perfectissimum est ad lacrymam parandam, modò diligenter secundum

secundum doctrinam Diocoridis colligeretur. A nis concavaque est. Adulteratur amyli farina, rebusq; similibus: sed maleficium facile deprehenditur. Insper & ea qua simul concrevit, saccharo & sena adulterata esse solet, ac croco, carthamine flore tincta: verum gustu deprehenditur, atque liqueficit, & tempore mollefit. Colligitur mense Mayo. Durat & conservatur per annum, bene obturato vase. Dosis ejus à drachmis sex usq; ad quindecim. * Temperata est, aut paulò calidior: guttur, thoracem, ventriculum lenit, terget, bilem elementer purgat, silitim ledat. Quoniam verò imbecilliter vacuat, thymo & hyssopo, vel alio vis ejus intenditur. Valentibus autem medicamentis mixta, eorum actionem reddit incolorem, cum suo dulci sapore illa naturae magis familiaria reddat. Ob id eam Galenus sciammonio miscuit, quod à posterioribus est laudatum: aliud deinde turbit, aliud alijs. *Melius & Medicis Florentini.*

ALOZ succus planta eiusdem nominis, nostriflma est. Ejus apud Diocoridem duo sunt genera: quoddam arenosum, quod sedimentum purissimum videtur: alterum jecinoris modo concretum, ex quo nomen vulgare fumisit alios hepatica. Eligi debet Indica pinguis, sincera, calculorum & arenularum exparsa, rufi coloris, friabilis, jecinoris modo coacta, facile liqueficiens, & eximia amaritudinis, improbatu integræ, difficilè liqueficiens. Adulteratur gummi, quod deprehenditur gustu: nam non vade amara est, neq; tam validi odoris, neq; digitus fricta ad minima usq; frusta resolvitur. Nonnulli teste Diocoride, illam suco acacie adulterant, quod maleficium gustu deprehenditur, minus enim amara est, magisq; adstringit. Colligitur mense Junio. Conservatur usque ad annos decem, in loco sicco, & non humidio, neq; ventoso, neque ad Solem, &c. Dosis est ab aureo semisse ab drachmas duas: in infusionibus verò ab aureo uno usq; ad drachmas tres. * Bilem & pituitam purgat: ob id affectibus ventriculi & cerebri, & reliquarum partium inde natu, ut dolori, inflammationi, sic præcavet, ut ejus creber ulus sensu instrumenta & corpus reliquum nullo insanabili affectu tentari finat, sed lepus acutus cogitationem reddat meliorem. Hepati confert, cerebrum tollit, haemorrhoidibus & sedi nocet: ob id vitanda his, quibus istæ partes dolent: & cere frigido, quia tunc sumpta exorticaris linguinem educit. *Melius & Medicis Florentini.*

MANNA ros est, qui ex aere in arbores, herbas, lapides, terraque decidens, densatur, & configitur in grana minuta. Præterit Calabria, præteriti que ex foliis arborum collecta est: que ex hoc dignoficit, quod grano constet exiguo, translucente, gravi, similis mastiches granulis, candidis, & gusto dulcibus & suavibus. Secundum locum obtinet, que è ramis colligitur. Tertiū, que in lapidibus. Haec crassiores sunt, & minus sincera, colore turbido. Syriaca si sit perfectè granulata, masticheque assimilis, valde etiam probatur, dulcis & recens. Cum jam exolevit, floccorum bombacis refert imaginem, le-

B

D

E

F

ttas, vires habens alendi, atque medicamentos, siquidem alit: sed minus saccharo, quo est medicamentosior manna, maiorem habens vim detergendi. Emolit quoque ventrem: quia in re mel atq; saccharum superat, quamvis in detergendi & ablui faciliate superet saccharum, & supereret à melle. Inventur in arboribus, fructibus, herbis & lapidibus, maximè in regionibus temperatis, & diebus vernis, lereis temporibus, ut æstivis, pro ratione temporis, irrigitoribus. Calabricum manna omnibus antefertur Medicis, quo nos utimur ad purgandos ventrites infatuos, & utero gerentium, quantitate injus aut durarum uinciarum dissoluto in iure pulli, aut aqua distillata, aut elixatione bulgloli. Id nos cœli live aëris esse putat Galenus, aut de ejus genere. Nos tamen refere mus quod vidimus, atq; experimento agnovimus. Anno salutis nostræ 1532. & duobus sequentibus in anterioribus locis, æstaci tempore, manna in falicibus reperta est: copiosa atq; optima, albissima, sacchari dulcedine, quam habeat colligere ex arboribus & lapidibus cuiusvolenti. Erat ego per tempus hujus disciplinae auditor, intellecteram tamen à receptoribus meis mannam esse: quod diligenter perquirens, an verum esset quod ab ipsi & reliquo cum Galeno ferebatur, locum in quo manna copiosior habebar, consideravi, summō mane, Julio mense, ad id profectus adductis nonnullis ex amicis, quibus cum ego solebam de similibus disserere, inveni tamen parvarum quarundam apum numerofam congeriem, non erant quidem apes, sed culices erant, quos ob officium apes parvas dicerem, quibus incrant tria aut quacuor foramina, in partibus corporis, que in eisdem prominabant, ad parvarum verrucarum speciem. Per hæc itaq; foramina guttae quædam parve albissime, sudoris modo ejiciebantur, que ros esse dixilles, si copiam guttarum cadentium ex loco salicis, in quo congesta apes erant, considerares. Erat autem non unus tantum earum gress, sed plures quam

q. iniquiginta. In singulis autem gregibus innumerabiles apes, que locum unum non ultra diem aut noctem renabant, deinde in aliud transvolabant; temperatamen arboribus infidebant, cum quodam bomboso sonitu apum, à quibus ludor guttatum desluens, aut folia arborum, aut subiectos lapides tegebat: quod vero in arenam aut fodienda loca desidebat, peribat, reliquum colligebatur ad ulus: miro namque modo solvebat ventr-in. Erat autem hæc puella magna, albedine, dulcedine, consistentiæ & eliciaciæ probata. Hæc res rite merito placuit, ut intelligat naturaliæ austrum indagatores mannae generationem, & ejusdem caulas effectrices, antiquos etiam in ejus generatione tradendæ deceptos. Quod si quis nostro huic testimonio & experientia consentire noluerit, non damnet veritatem, nisi prius quod testamur aut contrarium assequatur, locum generationis mannae adiens, & singula probe perpendens, quæ nos vidisse affirmamus scepè in prædictis annis. Christeph. à Vega.

S C A M M O N I O multi ab una radice exuent longi, tenues & vetriculosi cauleculi, quibus vicinos frutices, pedamenta juxta posita conserdit, ac multis circumvolutionibus ample extirpatur. Folia ejus lata & acuminata, levis similacris remula: flores similes calathi quoq; forma, cadiantes, paulò minores. Radix subest longa, crassa, candida interius, ex qua succus colligitur, qui densatus ad medicinæ usum servit. In calidis pingui exi solo, veluti in Asia, Mysia, Syria, aliisque similibus. Repertus & in Creta insula. Verisimile est, ubi sua sponte est, citò & plurima deinde australis parte florere: nam & in Belgio australi mensibus subinde cum flore videri potest. Scammonium non modo stirpem ipsam, sed & densatum concretumque secum Latinis nominant. Laudatur nitidum, satrum, leve, colore quam simillimum taurino glati, surgostrum, tenuibus fistulis. Addunt nonnulli, ut lingue taetum albercat: huic note fidendum non est: hoc enim evenit adulterato, quod admixto sit rithymali lacte. Hæc autem nota longè certior est, neipse si granatum linguam non urit, quemadmodum titrymalus. Adulteratur rithymali lacte, & sutra orobi, sed ex novo prædictis dignoscitur. Colligitur mense Junio. Ad annos quatuor, & plures servatur, sed quod antiquus, eo imbecillius. Datatur per se à grana quinque ad duodecim. Sunt, qui ultra duodecim grana, & etiā scrupulum fine noxa dederunt. * Quinq; de causis corporibus p leSIONES inferre potest. Prima est, quod statim quodam mordaces gignit, ulque adeo ventriculum facessentes, ut lumentibus nauseam commoveat. Noxa hæc collitur, si in excavato cydonio malo, cibano, aut prunis inassetur, pastæ undique circumlitæ: præserum additis aus fecundis, aut dauci, aut apii semine, aut galanga. Inflammatis deinde acreidis experientia corporis spiritus: quo fit, ut facile febres exciter, ita præcipue, qui obstructionibus viscerum & humoribus putrescentibus obnoxii sunt. Sad id

A nocomentati aufertur, admixtis inter coquendum, quæ refrigerant, & fervorem extinguunt: cuiusmodi est psyllii semen spissatum, prunorum decoctum, seu portu pulpa, rofarum & violarum succus, aut dilutum, aut aqua: quinetiam ante coctionem maceretur oleo rotaceo, aut violaceo, aut cotoneorum misti saporis succo, aut admixto rhoë, aut factito spido. Achæc, quod imaginæ tum attrahendi, tum aperiendi facilitate sit prædictum, amoderaðt alii fluxiones facit: valorum enim oscula plus quam patitur, aperit. Hæc latio admittit admixtus rebus adstringentibus, cohæbentibusq;: nempe mastiche, cydonis malis, succoq; ab eis expresso, & myrobalanis, præsertim flavis. Abradit præterea acris succo, quo scater, intestina proinde & tornina, & dysenteriam, & tenesmam excitat. Sed defetur hoc incommode additis humidis pinguis, lenitatisq; medicamentis: cujusmodi fumigragans, anthra, bedellum, amygdalum, cerasus aut rosa- ceum: item prunorum pulpa per se, & faccharo asservata, psyllii spissatum, mastiche, cydoniorum mala post sumptus, & calida aqua post bibita: utpote qua medicamentum oculis à ventriculo & intestinis expellant, & ita sumum noxam prohibeant. Hinc est, quod prudentes Medici, quod celeriæ scammonium à ventriculo & intestinis dejiciant, hordei juscum cum faccharo superbendunt præbent. Obest postremo scammonium cordi, jecori, ac ventriculo, substantia sua torus proprietate. Vitium hoc aboletur, si illitum calida, cum frigida admisceantur medicamenta, qua cordi, jecinori, ventriculoq; opem suam præstant. Deicit scammonium valentissime bitem, quam à validis & sanguine exhavit. Eius dejeiciendi facultas haud sans alia medicamentis absimilis est, quæ purgant cum labore & molestia. Dioceor. Meijor, Dodonass & Matthioli.

D e liquoribus concretis, purgantibus pituitam.

E T A T E R I U M, succus est è fructu cucumeris sylvestris, plantæ notissime. Optimum est leve, non ponderosum, cum candore leniter humectum, gustu amarissimum, quodq; lucernarum luminibus objectum facile flagrat. Improbatur scabrum, turbidum, porracis coloris, medium crux & cineris colorem referens, & grave. Sunt, qui amyolum immiscant, ut candorem ipsum imitentur, ponderosiusque sit. Sic colligitur. Decerpit circa Autumnum cucumeres maturi, qui tacitè protinus exiliunt, imposito supra vas aliquod rariore cribro, sigillatim supino cultro sursum versus aciem habente frinduntur, atq; per cribrum humor in subiectum vas exprimitur, simulque carnosum, quod hæsit cribro, quod facilius excidat, eliditur: coacervata autem in cribro segmina, dulci aqua perfunduntur, & deovo pressa abscinduntur: humor in pelvi agitantur, & lateo operetu duplicato. Soli exponitur: dumque steterit, tota supernatans aqua cum spuma identem effunditur: deinde conterendo cogitur, pastillo,

pastillos, & servantur ab annis tribus usque ad diudecim. Dosis est à gravis decem usq; ad 3 j. * Bilem ac pituitam extrahit. Optima suspirioris est purgatio. Menses cier, & partus enecat, in pectori subditum, morbo regio medetur. *Medici Florentini, ex Diocoride.*

OPOanax, succus est effluens ex infra radice aut caule panacis, quod Diocoridi Heraclaeum dicitur. Hoc cognita est planta, & ipse succus, qui maxime probatur quam amarillimus, interne albus, aut subfulvus, foris colore croci, levis pinguis, friabilis, tener, itatum in aqua eliquescens, gravi odore. Niger improba-

A tur, ac mollis. Adulteratur ammoniaco, aut ceraso; sed sinceri experimētū est, si digitis in aqua fratus resolvatur & lactescat. Conservatur annis quinque vel sex. Dosis ejus est à 3 j. usque ad ii. Corrigitur malicie & spica. Purgat phlegma crassum & viscofum à partibus remotis, & juncturis, & propriè mundificat cerebrū & nervos. Et confert aegritudinibus nervorum frigidis: perduas mundificat: tussi antiquæ confert: potum cum aceto hora una ante accensionem, & cum succo apii & oleo anethino spinz illium, rigorem febrem prohibet. Ichnadi, podagre, gona-grae confert. *Medici Florentini ex Mejue.*

De GUMMI & RESINIS, Sectio XVII.

